Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8166
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



multis alij, quorum tamen eximiissima quia sanctissima scripta
non sine summa sua gloria et indelebili fama quotidie vobis in
manibus versantur. Studeat denique hymnodi sanctissimi, horum
ingravescentis aetatis demolitis membris in spiritu praesertim,
tum mortalium animis, tum corporibus libentissime gloriari,
ut et hoc in mundo gloriam sibi pariant immortalem, et non
minus manifestis exemplis relinquat, quod sibi flaminea
dignitas mentis deposcat. Semper libris vacent, semper aliquid aut
scribat, aut legant. Vel si forsitan quapiam agendum, ut alia
necessitate impediti, nec legere, nec scribere valuerint, saltem
non legentes semper audiant, notent, decerpant, binis aut ternis
diebus quinquennij satisfacere studeat, dum humanae possint imbe-
cillitati sua sanctae lucubrationes prodesse. Tacto reliqua pietatis
opera, eo magis in flaminio splendescere debent, quo
omnes sub eius regimine spiritali magis in eum oculos
habere, unde suae vitae normam, regulamque elicere possint.
At similes ad Centuriae equitum turgentes suspensis theo-
phaleris, militaribus quoque in tergilio affixis insignibus, ad tam
modesta senum sacra aures diverunt. Cum civium hominum duplex
vita reperiatur, altera sagata, quae armis bellicis utitur, altera togata,
et depositis telis, spiritualibus studiis et sacrorum patrum vigent. Prima vita
ad secundam locum ultimum deprehendi ~~accedere~~ accedat, frequens in senatu
versetur, tam publicis quam privatis sacrificiis et audiat, et ipse quoque
in parvis salutem celebrare gaudeat, non laboris nec vigiliae parcat
dum Reipublicae prodesse possit. Appius Caecus Anculum invitavit,
cum etiam in senatum deducere voluit, ut a pace cum Carthagi-
nensibus feriunda Romanum populum removerent, ad quam minus
in modum inclinavit erat. Et denique sic existimet se naturae bona
ejus, ut orbis sui partem, Platonico institutio patria, partem amicis
debeat utendam. Codemque pacto in religione etiam ordinis beati
nostrae sancti institutum debet, ut nihil sentiret sibi prohibitum
nihil honestum existimet posse gingere, quae non opes solum,
sed etiam ipsum sanguinem et pia libertate effundere. Sic enim
civitates, sic oppida, sic regna, sic imperia, non tantum in
pace servantur, sed etiam miniis augentur. Sed posthac ora